



Andrea. Oratij. in. et. del.  
Giov. Giuseppe. Oratij. sc.  
**GERARDI  
MAURISII  
CIVIS, ET JUDICIS VICENTINI  
HISTORIA INCIPIT.  
PROOE M I U M.**



de Mauricio, Caſſidicus Vicentinus, cognoscens manifeſtè vitam, & operam virtutem, & potentiam Dominorum Eccelini, & Alberti (1) Fratrum de Romano, & fuorum predeceſſorum, volens ipſius desidie maculam evitare, ipſorum acta mores, & vitam, potentiam atque virtutes, ut ſcientibus memoria non effugiat, & ignorantibus reveletur, sub breviloquio ſcribere, & notare proposui. Sed morem largi diſpensatoris in hoc praefenti Opuſculo gerere cupiens, qui diſverorum ciborum genera recumbentibus ante ponit, ut ex diſverorum generum ciborum aspectu diſcumentum voluntates fortius gratulentur, & eligendi quæ maluerint, habeant potestatem, praefentis Historie curſum diſverorum generum dictaminis exponemus: ut, quod elegan- ius cuique viſum fuerit, in diſcendo preponat, & legendi copiam habeat laxiorem. Au- diat nunc praefens leſtas; nec ignoret futura

(1) Lege Alberici.

A posteritas. Audiant boni, ut glorificantes Deum, meliores efficiantur. Audiant eorum emuli ſimiliter impii, & superbi, ut terreantur, corriganter, & elati definant ſuperbire. Videant ergo avidi diuersos dictaminis mo-<sup>dos</sup>, & vel ex uno, vel altero, ſive tertio, vel ex omnibus ſimul diſcendi copiam habeant pleniorē. Verumtamen, ante noſtre loquutionis inſium, rogitare non ceſſamus, quatenus noſtre non imputetur incuria, ſi in hac noſtre loquutionis ſerie quidam verberibus acerbè locutionis fuerint redarguti, quoniam non ex odii cauſa, ſed quia rei veritas & ne- gotii qualitas ac natura nos talia dicere com- pellunt, erit à nobis iſorum ſcripta redargu- tio, ſive increpatio. Et, ut bonus finis cum laudabili concordet principio, illius gratia primitus invocare teneor, & benevolentiam captare, pro cujus amore, & gratia retinen- da Beatus Petrus flevit amarè. Scriptum eſt enim, quod omnia bene geruntur, & compe- tener, ſi rei principium fiat decens, & ama- bile Deo. Et Noratus

*Dimidium facti, qui bene cepit, habet.*  
Et Ovidius: *Omnia principiis (inquit) inesse  
ſolent. Et alibi. Difficile eſt, ut bono peragan-  
tur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio.*  
Et propter hoc dicitur, quod principium eſt (2) potentissima pars cujusque rei, quamvis alibi dicatur,

*Debole principium melior fortuna ſequetur.*  
Hoc enim ſic debet intelligi, ut ſubaudiatur, forſan: vel, ſi Dominus voluerit, ut ſine pre- sum-

(2) Forte potissima.